

illam circini circumactus pes attigerit, ibi locus erit articuli inferioris, digitis pedis maximi. Mox in sursum versus hoc modo ductam curuam linea impones puncta duo media intra obliquas. S.y. E.z.b.o. Ibidemq; collocabis articulos imos digiti medi in pede, et eius qui est proximus maximo. Quorum loca in exemplo indicata circulis ob longulis subiecta cernes. Minimi digiti imum articulū puncto notabis posito super linea. e. medio inter transuersam. b. et obliquam. v. a.j. Maximi autem digiti in pede in quo articuli duo insint priorem partem animaduertes esse longiusculam. Digitos tres medios diuides per spacia quae sunt intra ipsorum articulos, ita ut imū quodq; reliqua duo cequere longitudine sua. Exeterum summa horum spacia excedent una. 4. media spacia, quod fit propter illam sub vnguis carnis quasi exerescentiam. Minimo digito iuxta imum articulum appones valentiusculum callum, et illius extremitē definies ad lineam. e. imam etiam partem huius facies qz reliquias longiusculam. Vngues singulos digitorum facies dimidiominus longos qz est eius partis spacum cui insunt. Post hæc circini unū pedem constitues in punctum. v. alterū vero paulo supra punctū imi articuli, digitī minimi super linea. e. Atqz ita hinc circumagens sursum versus annotabis parvissim, ubi pes in digitos findi incipiat.

Exeterum retro aliquanto longius fissuræ formas, et quasi excavationes abduces. Post hæc animaduertes lineam. f. attingere pedis supremā partem, ubi cruri agglutinatur, nunc montem vocant. Verum sectionis sive abscissionis, id est, plani hac in parte figura, inferioris excedet lineam. f. duabus. z. versus lineam. z. Postremo diuides. f. d. quatuor punctis, in tria cæqualia spacia: Et ex puncto. z. duces rectam lineam perpendiculariter, ea attingere popliteum iuxta calcem, quem greci tenonta vocant.

Atqz ita dispositis transuersis parallelis, perpendicularibus, Item obliquis, diagonijs et curvis lineis, quibus habitus ita projecti in planum pedis describeretur; Consequenter exprimes figuram, tali quodam modo.

Digitum maximum ab linea. e. paululum supra lineam obliquam. e. n. extenderes, si cuius illius inferior articulus prominet. Mox inflectes paululum infra lineam obliquam. e. n. At rursus, ut illius superior articulus vtrinq; prominet, reflectes sursum ad lineam. e. n. Inde recta produces illum, dum in prænotatam curuaturam includatur, intra. n.r. Atqz totum retro duces super linea. r. z. vsqz eo ubi pes in digitos finditur.

Postea similiter in præscriptas suas digitos singulos curuaturas, intra pductas oblique lineas ineludes. Quo loco obseruabis maximum digitum, non recta protendi in bene composto pede, ut in quibusdam inuenisti corporibus sit. Quod quo melius intellegetur, stius digitorum per illas obliquas lineas in exemplo descripti, quibus digitii plus minus deprimuntur, pro eo ac venustas et ratio compagii exigere. Itaqz animaduertes inter maximum digitum, illiqz proximū spacium relatum. Cum reliqui omnes ad minimū vergant, minimusq; in aduersos nitatur, super obliqua linea. v. a.j. Cum autem minimū digiti longum facies una tercia parte linea. b. ducta mensura a punto, ubi stat illius imus articulus.

Velim diligenter cognoscas et contempnere singulorum digitorum facies inter se diffimiles, articulorumq; tuberculos, et aliarum partium formas quas nominatim omnes dicere possit nemo. Quare ad exemplum, ubi et debuere et potuere exprimi, te dimitto. Pastore ab imo digito minimo retrouersus pedis, quasi excessum rotundabis ad angulum. b.y.

Pedis autem interiora lineamenta duces peculiariter, deflexa ad lineam. y. Intra trans-

versas. a. et. n. g. et retro longe repanda ad lineam. f. intraqz. cancellū. Eungz hinc incipes rotundare donec pertingat ad lineam, porro calcanei imparilem curuaturam deduces usq; ad obliquam. sursum versus curuaturam inscribes. Sed a puncto. q. perges forillum, que dixi, quasi excessum peruenientur, qui secundum minimū plantam seu uestigium in exemplo animaduertes signatum certis. Jam pedis quasi cæsuras ibi ubi cum calce eris committitur, si intra utrumq; talum, in linea. f. spaciū erit unus. 26. Intra illius quasi, quam diximus, cæsuras formam, produces ultra lineam. z. Talum etiam interiorē facies planiusculū, exteriorē. Interiorē longiusculē distantem a calcaneo qz exteriorem. Ita interiorē et popliteū, iuxta calcaneū sive tenonta concavitas, que est inter hunc et interiorē. Post hæc in pedem illum, quasi linea. f. ad lineam. z. quo fiat aspectu venustior. Illumq; etiam describes, per lineam. y. reproducens usq; ad dimidiatum spaciū quod hæc diligenter dabis operam, ne detortis lineamentis species depræcipias. His ita perfectis, ne illas quidem quasi cæsuras, per. e. itemq; appareat, seorsim figuratas, proponere neglexi, quo melius nostri ceterur. Nam quo ego modo has duas præcisiones prescripsi: Eo totius corporis uestiges licet, quameq; informam cadant seu recessant. Nunc uero deinceps pedem iacentem in planicie, et quasi presso liquore effigie fiat, ita facies. Locum notabis, uta me factum videlicet spacio unus. 24. Ibi educes ex descripta forma secundū transuersam, et alia, quæ hic pertinebunt, ordine simili et modo superioris descriptas, perpendiculariter eductas, duabus transuersis claudes: Ita spaca pars sui longius efficeris, longitudine quidē ut dictum est, in altitudine vero unus. 24. Atqz hinc inscribes hanc pedis extructi a. b. diuides duabz transuersis. c. f. in spacia cæqualia tria. Ita illæ p. indicabunt tibi stius omnium partium pedis in longitudinem; repetentes, deinde articulos ac fissuras, mox vnguum positus. Postremo, ut dixi, quasi extruatur: Et illius cæsoram, ubi tibia situatur. Verum transuersæ, altitudinem quæ est in hoc loco densitatibz hoc modo. Plantam sive uestigium in linea. b. plane colloca. M. uersas. f. b. diu de punctis duobus. j. 2. in tria cæqualia spacia. V. diuide in quatuor cæqualia spacia, punctis tribus. j. 2. 3. intra transuersam ducito aliam intra transuersas. a. e. et perpendiculariter has notas lineamenta pedis inscribito, ordiens ab angulo. pedis usq; ad perpendicularē. e. in punctum. z. Abhinc illam inimo digito prominenti, deflectes ad transuersam. f. Ac inferiorē terminabis maximum digitum. Sed inferiorē articulum in minimū partem sursum obduces in quartam partem spaciū quod est in quos digitos dabis operam, ut decenter inscribes, ita ut in ordine te quoq; proximum sibi excedat, ita sit ut minimū extremitas valde huius circa inferiorem articulum excessum, et quasi euagationē r. lineam. y. Jam illum alterum et singularem callum pedis, sup-